

Martin Brasch


**Nuptijs || DOCTISSIMI ET || HONESTISSIMI VIRI, Dn. M.|| Pauli Tarnouij, scholae
Rostochia-||nae Rectoris,|| SPONSI || & || HONESTISSIMAE CASTIS-||simaeq;
virginis Annae Scultetae,|| SPONSAE || Carmina amicorum.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1596

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1785968653>

Druck Freier  Zugang





100
2806

~~A. Dd. 6~~

~~Heber V-5344~~

~~with 4 more //~~

~~Cg-2065 ¹/₃₀~~

<SON>

19.
00
0

Nuptijs
DOCTISSIMI ET
HONESTISSIMI VIRI, Dn. M.
Pauli Tarnouij, scholæ Rostochia-
næ Rectoris,

S P O N S I

&

HONESTISSIMÆ CASTIS-
simæq; virginis Annæ Scultetæ,

S P O N S A E

Carmina amicorum.



ROSTOCHII
Excudebat Stephanus Myliander.

Anno d' d' b' XCVI.

DOCTISSIMET
HONESTISSIMI VIRI D. M.

Pauli Tarnow, Actor Polochar-

us Rectoris

ET O. P. 21

&

HONESTISSIMAE CASTRI

honestissimi viri

STOMAE

Capituli Universitatis





PONSam cuius ab aureis labellis,
Spirat mulsea suauitatis aura,
Cuius è geminis duplex renidet
Pupillis faculas uibrans Cupido:

Acres ingenij cui poluuit
Pallas igniculos, cui benignâ
Iuno diuitias reclusit arcâ,
Quâ mutare queas beatitate (cissim
Docte PAVLE? virum sed & vi-
Non è fecibus ultimi popelli,
Sed cui vel mediâ licet sedere
Orchestrâ, Aoniâ virum politum
Arte, publica civium inuentus
Quem colit velut alterum parentem
Virum viribus integra iuuenta,
Queis gemmis potes anteferre, nulli
O virguncula virginum secunda?
Nunc vobis, geminis diu petitos
Nocte sæpe dieq; sæpe, uotis,
Affert Hesperus igneos amores:
Nunc & mutua vincla brachiorum,
Nunc & mutua mella basiorum
Nunc & vinnula verba: nunc & omnem
Quicumq; est Veneris Cupidinisq;

) (2 Dulcorem.

Dulcorem. Quis enim lubentio rem
Illa uiderit esse nocte noctem?

Vita summa breuis dies rotatos
Decursu volucris rapit: recedunt,
Anni: nec bona quam fuere primi
A Eui tempora, consequentis olim
Credatis fore, nunc frui illecebris
Concessis iuret, antequam uirentes
Occupet coma candicans capillos.

Vobis Christus amoris aeterni,
Quo nos in sobolem parens adaptat,
Auctor, coniugij tenacis arctâ
Bina pectora glutinet catena
Vobis robora firma sanitatis,
Concordes animos, fidem perennem,
Thori pignora casta coniugalis,
Foetam diuitijsq; faustitatem
Largiatur, Olympicâq; serò
Còmpotes faciat perennitatis.

Martinus Braschius.

ALIVD.



Arno uium claustrum capistra cervicis
Sua parantem (hic; nō cerebrum ubi calvū
Pinguet

Pinguet nefando grandium scelerum caeno;
Sed nave ubi pubi coronulas Phœbus
Orditur ipse cautus) ad forum defert
Pratoris; & de eo dari sibi tristem
Notam, & retorta brachia expetit tergo
Rei Cupido; vallibus sacris quondam
Pronatus. Ille ridet, atq; permitto,
Inquit, Puelle, vincula ut viro intendas.
Gaudet Cupido, nil mora, occupat PAUL-
Et judici grates puer relaturus. (LVM,
PRÆTORIS ANNAM uno probè
implicat nodo.

Idem.

Dum te vincit amor, Tarnovi; jungere
amori
Ipse tuo, ut junxit pectora vestra Deus.

Ioannes Simonⁱus

ALIVD.



Vm tibi certatim qua pleno Copia cornu,
Et Musa largâ indulserunt munera
dextrâ,

Unice flos Charitum TARNOVI, examine
justo,

) (3 Appen-

Appendo, ne per meritas vestigia laudes
Instituam, metus, ac inopis mens conscia terret
Ingenij, tantâ ne subter mole fatiscat.
At dum turba frequens fremitu, votisq; secundis
Prosequitur tua sacra, ac optatos hymenaeos,
Ignavi solus nolim reus esse silenti.

Nostra igitur letata bono, quod munere Divum
Latus habes, teneras hæc jactat Musa sub auras.

O te felicem TARNOVI, ô terq; beatum;
Quem Pallas, quem diwa Rhode, quem Phœbus
Apollo

Suavis Alethea, Evēpies, Sophiæq; medullis
Pavit, & ingenium finxit, moresq; venustos
Indidit, & linguam formavit voce disertâ
Fontibus Aonidum graijs latijsq; rigiatim,
Et sanctis madefactam fontibus Israëlitis.

Sic adeo pulchrè cultum, & maioribus aptum,
Crevit ut ingenium studij s, prudentia factis,
Ad veneranda schola te Parchima scepra re-
genda

Judicio vocat eximio. Tu servidus instas
Sacto operi, atq; doces tanta cum laude iuventam,
Ut diuina Rhode viridi tua tempora Lauro
Cingeret, & memori fama decus adderet ingens

Pro

Pro vigili studio, fidisq; laboribus olim
Pro se exantlatis, sanctiq; Heliconis honore.
Nec satis: alma Rhode ob dia virtutis & artis
Munera, quem placidis semel aspexisset ocellis,
Parchimico è ludo ascruit, roseiq; Lycei
Commisit scepra, & rebus prafecit agendis
Pieridum à multis versatum in cœtibus annis,
Pallade latante, & toto applaudente senatu,
Applaudente etiam sacrorum prafide, & ipsa
Te doctâ in cathedrâ posuit, gregis atq; tenelli
Esse caput iussit, iussit capui esse docentum.

Hic igitur teneram dum tu pietate iuventans
Imbuis, ac castos sacrorum tradis honores;
Dum mentes, animosq; regis, viresq; feroces
Contundis linguaq; usum bene fingis, & oris;
Nulla pios verbi nequicquam secla ministros
Quæsierint, nullis erroribus horrida terris
Tempora, ceu quondam, venient metuenda nepoti.
Plaudite Rostochidæ, bertdes vos plaudite cœli:
Vobis illa opera sudant, sanctiq; labores.
Vobis sana pia queruntur pabula vita.

Vobis, athereis via lucida panditur astris.
O te felicem Tarnovi, ò terq; beatum!
Quo non ipse sono? quo non celebrandus honore


Carminis


Carminis, & plectri? quo non à Numine dignus
Ornari donis? & habes tua dona profecto.
Hinc etenim, hinc thalami consors tibi Virgo beatis
Traditur auspicijs, at qualis Virgo? quibusq;
Clara bonis animi, atq; illa si clara pudoris
Laudibus & formæ? quàm sortis munere felix?
Ergo tot insignem miramur dotibus omnes,
Et Pallas, Phœbusq; canunt: te Najades almis
Floribus, atq; Venus servat à huc usq; coronat
Myrto. Sic Laurus longùm, Myrtusq; marita
Florebit viridans, nullo & marcescet ab ævo.


At tibi ceu tenuère faces Hymeneus, & alma
Cypris, & electam lepidissima Gratia sponsam
Adduxit thalamo: sic connubialia sacra
Sæpe gravi Lucina levet properata labore,
A Eternâq; torus vigeat pace; unaq; multâ
Defessos atate dies cœlestibus oris
Reddat, & amborum claudat supremâ labores.


Michaël Trostius
Lubecentis.













PONSAM cuius ab aureis labellis,
 Spirat mulsea suauitatis aura,
 Cuius è geminis duplex renidet
 Pupillis faculas uibrans Cupido:

Acres ingenij cui poluit
 Pallas igniculos, cui benignâ
 Iuno diuitias reclusit arcâ,
 Quâ mutare queas beatitate (cissi
 Docte PAVLE? virum sed &
 Non è fecibus ultimi popelli,
 Sed cui vel mediâ licet sedere
 Orchestrâ, Aoniâ virum p
 Arte, publica civium iuu
 Quem colit velut alteru
 Virum viribus integr
 Queis gemmis pote nulli
 O virguncula vir ada?
 Nunc vobis u petitos
 Nocte saepe di
 Affert Hest amores:
 Nunc & la brachiorum,
 Nunc & illa bastorum
 Nunc verba: nunc & omnem
 Queneris Cupidinisq;
 Dulcorem.

